de regu. iur. t̄ Salice. in. l. solo. vbi glo. tangit. C. de libe-
rali causa. qd̄ nō h̄z v̄t domio Dar. in contrariū per ter.
c. n̄t vbi d̄z subuenire domino quando iminet magnum
periculū mortis qd̄ ē est quando quis nō h̄z vnde se alat
l. necare. ff. de libe. agnoscen. Scōo p̄ ter. in. l. si qz a libe-
ris. §. alimēta. c. ti. Bar. ibi nō firmit pedes. s̄z in tracta-
tu de alimētis in fi. col. xp̄sse hoc firmit. facit quoq̄ alia
glo. in. l. fi. C. de reuo. do. Ja. Alua. seq̄ opi. dicti Jaco.
ardis. qz nō teneat alere. qz hoc nō repit cautū nisi pro-
ut ip̄e dicit si dominus fuisset factus egenus factus vasal.

vel qz vniuersa bona infeudasset vel marimum esset feudum
 quo casu tenet. alias secus qz non est verisimile qz pro mo-
 dico seu. voluisset se obligare ad alimentandum dñm : z
 ad hoc facit glo. multum singularis in rōne sui. rir. q. fi.
 quicumqz. vident tenuisse. **Dy. Ray. z Bal.** i donatario
 in. d. l. fi. C. de reuoc. dona. z vñ equū. p qua equitate fac
 s. epm vel abba. s. fi. qm sicut in feu. in quo non succedit
 mutus tñ si est magnū d; sibi relinqui p alimentis. ita dicē
 dū in dño a pari rōne. ar. s. de for. fide. i. fi. Et hec distin-
 ctio sui. **Bal.** l. i. i. circa prin. ver. s. scim. C. delibera. cā
 Consiliū itaqz ē fm An. de iser. vt dñs in iustitur a appo-
 nat pactū vt alimentes si pueniret ad inopiaz. pacta et si
 sint pter rōem seu. sunt seruanda vt. s. qd sit inesti. s. pe. q
 si nō seruant amittit feudū. vt. s. que fuit pri. cā be. amit.
 s. nec alia. **Quero** qd si dñs p debitis sit in vinculis an
 vasallus si pōt teneat soluere z ipsū liberare. Et dicit **Jac.**
 ar. dizo. qz sic. ar. ff. de libe. agno. l. sigs a liberis. s. pa-
 rēs. C. ne filius p patre. l. fi. C. de acti. z obli. l. obsec. ego
 nō putarē hāc sniam pcedere per ea que dixerūt **Suiel.**
 z doc. in. l. si pater. C. qui bo. ce. pos. vbi determinat de fi-
 lio vt nō teneat soluere debita pñs et ipm erimēdo d car-
 cere. vt. l. curatores. s. filius. ff. de admini. rerū ad ciui. p
 ti. vnde multominus in vasallo respectu patroni. nāz pōt
 cedendo bōis se a carcere liberare. Si vero esset captiuus
 qz nō posset cedere z esset maior dubitatio. **S; Alua.** dic
 distinguēdū vt dixi nūc in alimentis z ad similitudinē do-
 natarij ad qd facit autē. si captiuus. C. d. epif. z cle. **Que-**
ro qd si ad interpellationē dñi vasallus nō exhibuit seruiti-
 um vtz postea dñs spōte suscepit seruitiū: vtruz vasallus
 tūc amittat seu. z dicit **Jac.** ar. diz. qz nō ar. j. de probi. se.
 alie. per lotha. in. c. fi. ff. de arbi. l. sed celsus. z d eo qd cer-
 to loco. l. fi. C. de pac. iter empt. z vñ. l. commissorie. nisi do-
 minus suscipiēdo fuitiū ptestatus fuit ius suū fore saluū
 aliqua cā adiecta. ar. ff. ad. l. inliā de adulte. l. qui vroz in
 prin. s. qd ergo. extra de cēsi. olim. ff. ad. l. aquil. l. s; si ser-
 uus. s. si calicē. dixi in. c. i. s. quo tpe miles. **Quero** an
 incontinenti facta interpellatiōe debeat vasallus inconti-
 nenti seruitia prestare. Et dicit ipse **Jac.** qz bōus iuder d; z
 hoc diffinire ex varietate personaz cāz seruicioz ex loco
 propinquo vel remoto. vt in. s. i. j. hic finit lex. ff. de annu-
 is lega. l. memia. l. fi.

Vasallus. Si vasallus committat cul-
 pā vel feloniam ppter quam
 seu. perdit sicut ipse repellit sic fili⁹ eius z oēs
 descendēs ab eo. agnati vero qui quarto gra-
 du sunt vsqz in infinitū non repelluntur. b. d. **No.** ibi
 quarto. id facit mētionē de quarto gradu. qz forte nō esta-
 bant aliqui in ppinquiori gradu vel potest intelligi vt ha-
 beat respectū ad ius antiquū in quo non admittebantur
 agnati nisi vsqz ad quartū gradū. z tunc exponē quarto
 gradu. i. quartū gradū. hodie vero vsqz in infinitū. vidius
 in. c. i. s. hoc quoqz. s. de successione fendi z in. c. i. s. z qz
 s. qui feu. da. po. **Jac.** d. bel. z **Bal.** Ista verba pprie stāt
 put sonant vtz qz agnati existentes in quarto gradu admit-
 tantur ad dictū feudū. nō autē si dicti agnati essent infra
 dictū quartū gradū. facit. l. pñilegio. C. de li. r. est in-
 ductuz ad refrenandū hoies ab huiusmodi culpis vt in si-
 mili in. l. fi. C. de naturali. libe. facit. l. coartalis. C. de co-
 artalibus. libro. vij. **No.** hūc casū qz quantū ad succes-
 sionē seu. culpa qz obstat patri obstat z filio z descendenti-
 bus. z nota qz ter. loquit de culpa. Quid aut si pñ alienet
 feudū antiquū. vidistis in. c. ticius. s. eo. **S; cōtra** istū
 ter. oppo. z imo vñ qz delictū pñs nō nocet descendētib⁹
 l. iij. ff. d. iter dic. z relega. l. adoptiuum. s. i. ff. de ius vo-
 cā. Est spāle hic in feud. fm docto. hic aduerte qz ne dūz
 descēdentes repellunt s; et agnati vsqz ad quartū gradū
 exclusiue. vt pbat in ter. ibi sed agnati qui quarto gradu.
 z est de mēte **Jac.** de bel. hic qz ē notabile. **S; quero** d
 rōne quare descendentes z agnati vsqz ad quartū gradū
 exclusiue repellunt in. c. nro. Respondeo ppter suspitio-

nē qz solet sepe esse similitudo z audacia eadē inter tales
 coniunctos. l. qz si nolit. s. qz mācipia. ff. de edil. edic. l. qz
 gs. C. ad. l. iulīa maie. facit que allegauit. s. i. erpositiōe lit-
 tere. facit. l. humāitatis. C. de creu. tu. l. lex cornelia i. pñ.
 ff. de iniur. c. cū. p. māconella d acc. **Et no.** s; **Jac.** pul-
 chra limitationē ad ter nñz qz. c. nñm d; itelligi qñ culpa
 sit comissa i aliū. z nō in dñz feudi. sec⁹ si i dñz. tūc. n. oēs
 agnati indifferenter ercludunt. s. deniqz. s. que fuit pñs
 cā bene. amit. ibi dixi. z vult glo. hic in fi. In glo. notant
 no. istā glo. que itelligit ter. nñm in antiquo feu. glo. dat i
 tellectū ad istud. c. videlicet qz loquat in feudo antiquo. z
 qz vasallus cōmiserat tale delictū ex quo et fili⁹ veniebat
 priuādus ex dicto delicto patris sui: nec poterat admitti
 ad dictū feudū nisi de nouo ex grā illud a domino acgrat
 nō existentib⁹ agnatis qbus est aptū qñ aut erret agna-
 ti tūc ipsi admitterent vsqz ad quartū gradū fm iura an-
 tiqua vt h hodie vero vsqz in infinitū z hoc voluit ista gl.
 z sic itelligit h **Alua.** ter. dū loquit de agnatis in quarto
 gradu qd no. facti accidētia. qz nō supererāt agnati intra
 quartū gradū. s. in tertio z scdo gradu. id dicit **Alua.** qz si
 erret agnati scdi aut tertij grad⁹ illis aperiret seu. z ita
 itelligit hūc ter. colligēs h ex ista glo. qz violat ter. nñm z
 diuinat id cōis snia **Bal.** z alioz est qd signāret hic loqz
 de agnatis in quarto gradu quasi velit primiores erclude-
 re qz sunt intra quartū gradū z cordat. c. i. j. si vas. feu. pri-
 ue. facit in simili. c. i. qbusdā de pe. l. cognouimus. z i qu-
 tē. gazaros. C. de here. i. autē. de referendarijs. s. h. facit
 in ar. l. iij. i. fi. ff. de alimē. lega. l. i. C. si quacūqz pñtus po-
 testa. z. l. si femina. C. ad turpil. z que allegari pñtie que
 oia sunt magis psuasiones qz vrgentes rōnes. z vide ea
 que no. **L. y. z Bal.** l. i. j. C. de liber. z coy. libe. z **Alber.**
 i. l. emācipatū. s. h. ff. d. senato. z **Bar.** i. l. iij. ff. d. iter dic.
 z **Ange.** i. l. adoptiuū. s. patronū. ff. de ius vocā.

In generali. In generali alienatiōe om-
 niū bonoz nō venit feudū
 nisi noiatim sit dcm. b. d. eodē mō dicendum i
 generali hipoteca bonoz eadē rōne. qz nō veni-
 unt prohibita alienari. l. codicillis. s. instituto. ff. de leg. ij.
 p **Bar.** z eodē mō i generali refutatiōe bonoz non venit
 feudū fm **Bal.** i autē. i successiōe. C. de suis z leg. hered.
 Et no. qz iste ter. fm **Jac.** itelligit vt i generali alienatione
 facta vasallo nō venit id qz tenet i feudū a dño. Vel aliter
 pōt itelligi qz vñ: in generali alienatiōe facta a vasallo nō
 veniat id qd alij dedit i feudū qz est valde notabile nisi no-
 minatim sit dictum. c. i. j. de capi. qui cu. vñ di. z qz hic ad
 lram est ter. omitto cōcordantiū auctoritates vt in simili.
Bar. i. l. scire. s. h. ff. de creu. tuto. rō decisōis ad ter. nā
 feu. nec passine. s. respectu vasalloz nec actiue. s. respectu
 dñoz pōt alienari qz respicit pñdiciū tertij. s. dñi si vasal-
 lus alienet. z vasalli si alienat dñs ideo in generali dispo-
 sitione nō vñ venire. qz spāliter de his. disponere nō potu-
 isset. c. h. ibi **Jo.** an. de inuui. eccle. li. vj. facit qd no. In-
 no. i. c. et lris dū loqz de habēte decias. de iure patrona.
 qz qd hic dixerit **An.** de iser. facit. c. qz trāslat. d. offi. lega.
 l. obligatiōe. ff. de pigno. l. qz peculū. ff. de pecu. l. iij. i. pñ.
 de pñ. feu. alie. p **Se.** vbi loqz de hipoteca z i. l. i. C. qz
 res pigno. obli. pos. p illū ter. i. l. voluntas in fi. C. d. fidei
 cōmis. **Ange.** i autē de resti. z ea que parit. i pñ. **Bal.** i. c.
 i. i. j. col de capi. qz cu. vendi. faciūt no. p **Bar.** i. l. codicil-
 lis. s. instituto. ff. de leg. ij. **Et no.** fm **Bal.** qz ter. frā-
 cie nō pōt vñ dēdere vñā ex ciuitatibus iustis. hominibus illi-
 us ciuitatis vide no. i. c. dilecti filij de maio. z obe. i. c. ar-
 ditis de prescrip. i. c. i. nostra de iniur. z dāno da. glo. i. l. in-
 vitus i prin. ff. de fidei cō. liber. **Done** qdam detinet de-
 bitorem meum z propter hoc non potest mihi satisfacere
 qz d opibus suis posset acgrere z mihi soluere certe non
 possum petere alias repetere ab isto meum debitorem ni-
 si habeo in eo ius: reale sicut in vasallo z ascriptio d quo
 per **Inno.** z doc. in. c. dilectis de app. facit qd committit
 no. c. auctoritate de prin. lib. vj. **Ange.** in. l. i. s. per hāc.

¶ de rei ven. In appellatione castri continentur vasalli die
 inspicit dignitate conceditur et eius cui conceditur. l. plenū. §.
 equicij. ff. de usu. et habi. in dubio die ut no. i. c. i. de capi.
 qui cu. ven. §. pone eō q̄ in quodā castro oēs boies erant
 vasalli et ego concedo tibi oēs meos vasallos illius castri
 ut videat tibi concedere oēs habitatiōes meas in ipso ca
 stro et ip̄; fortalitiū: rñdeo q̄ nō: qz vasalli sunt ps et nō to
 tū. ita Bal. facit. l. q̄ tabernas. ff. d̄ hē. emp. **¶** Quero
 an feudū vēiat in generali fideicommissio. et Ja. de are. in. l.
 si patroni in prin. et ibi Bar. ff. ad treb. sentit q̄ nō. qz tūc
 nō cadit i recipiētē s; remāct penes datē. Li. et Bal. i. l.
 cū vir. C. de fideicō. vbi late p̄legē hāc qōnē similiter cō
 eludūt q̄ feudū qd nō cadit i recipiētē venire nō d; s; re
 sti. fideicō. sec⁹ si ille fideicō. eēt alsucessurus in feu. pos
 sibile. n. ē vel ex natura investiture vel ex iure agnatiōis q̄
 ille in quē d; fieri restitutio sit capar illi⁹ feudi quo casu fi
 at restitutio als sec⁹ idē dicit ipse i emphiteosi ecclē ut ve
 niat i restitutioē fideicommissi de liberis ad liberos nō de li
 beris ad extrācos p ea q̄ singlr no. i. l. et. ff. so. ma. In em
 phiteosi vero laicorū dicit vēire i fideicommissio. qz p̄ltimā
 volūtate alienādo nō incidit i cōmissū. ff. de leg. i. l. si do
 mus. §. si. de quo vide in Spe. d̄ loca. §. nūc aliq̄. §. cruj.
 et. §. crvi. et. §. clvij. ibi. Jo. an. i addi. magna q̄ incipit q̄
 re nō eēt dubia. nā bona feudalia vel similia q̄ nō trāseūt
 laliū vt heredē si dñr hereditaria. Bar. i. l. vt iurisurā
 di. §. si liberi. ff. d̄ op. liber. Bal. i. l. liberti. C. eo. i autē. si
 q̄s ruinas. C. de sac. san. ec. ergo nō veniēt i resti. fideicō
 missi. facit q̄ i fili no. Bar. in. l. luci. §. maritis. ff. ad tre
 bel. in. l. si. §. filie. ff. de lega. ij. vbi in dubio dos filie qz eā
 nō h; iure hereditario nō vēit in fideicō. facit. l. a filia. ff.
 ad trebe. facit q̄ no. Bar. in. l. q̄ rome. §. flaminus. ff. d̄ ver
 bo. obli. in. l. sequēs qd. ff. de leg. ij. Bar. et Bal. in. l. fili
 um quem habentē. C. fami. her. in. l. marcellus. §. qui
 dam. ff. ad trebellia. l. si res aliena in principio. ff. ad tre
 bel. **¶** Sed quero an veniant feuda in petitione heredi
 tatis dicite q̄ sic. Bar. in. d. l. si patrōi q̄qd dicat Bar.
 in. l. itē vidēdū. §. si. ff. de peti. heredi. ibi Ange. et Bal. i
 c. i. §. an agna. vel si. in. v. col. qz nō venire i petitiōe heredi
 tatis. tñ An. ibi t; q̄ imo veniāt hoc p̄cedit ex eo qz he
 reditatis petitiō nō tā dat rōne p̄prietatis quā heres h; i
 singulis bōis q̄ def rōne iuris vniuersalis q̄ h; i heredi
 tate: et possessiōis bonorū a defuncto dimissorū. l. heredita.
 C. de peti. heredi. l. regulariter. ff. d̄ peti. heredi. Bald.
 in. c. i. §. hoc quoq; s. de suc. feu. ibi aliqd dicit. itē h; locū
 in feudis beneficiū. l. si. C. de edi. diu. adri. tol. Bal. i. c.
 i. §. an agna. vel si. in. v. col. vidimus. §. in. c. i. de cōtē. in
 ter vas. et episcopum.

¶ Vasallus. In sūma hoc intendit feu
 dū vēditū ignorāter a va
 sallo tanq̄ p̄p̄riū ē sibi restitūdū sed tenet em
 ptori ad interesse. b. d. **¶** Pro. ignorātiā facti
 excusare vasallū alienātē a feudi priuatione vt hic et. j. de
 cōtro. inter do. et empto. feu. c. i. et sic nō vendicabit sibi lo
 cū isto casu cōstitutio loth. sede. de p̄bi. feu. alie. vt p̄bat
 hic. et in. d. c. i. Hoc idē extēdit Bal. ad emphiteotāz qui
 ignorāter vēdidit rē emphiteoticā vt nō cadat a iure suo
 vñ dñs reuocare volēs h; p̄bare eius sciaz put ipse dicit
 hic. ad qd vide in Spe. ti. d̄ locato. §. nūc aliqua. §. xvij.
 et. §. lxxxvj. et p̄ Bar. in. l. sequit. §. idē labeo. ff. de vsuca
 pi. et qd dicit Bal. in. l. ij. C. de epis. audie. et p̄ Guil. i. l.
 iurisgentiū. §. lab eo. ff. de pac. et p̄ eundē Bar. in. l. i. §. si
 rē. ff. de po. **¶** Pro. q̄ quāquā vasallus p̄ ignorātiā excuse
 tur pena i dñm cōmissa. nō tñ excusat ab interesse ipsi⁹ em
 ptoris vt hic facit. l. vēditō. ff. de euic. §. glo. b̄ posita al
 legant. l. ij. que nihil facit et in. c. i. de cōtro. inter dñm et
 emptorē feu. allegatis hic in glo. que p̄ hoc esset expedita
¶ Pro. q̄ tūc demū emptor decept⁹ agit ad interesse si fu
 it ignorās qz secus si fuisset sciēs. qm̄ sciētī et cōsentiētī nō
 fit iniuria neq; dolus. l. cū donatiōis. C. de trāfac. et in re
 gula sciētī. ibi. D; de reg. iur. li. vj. et qd h; in. d. l. vendi

tor. et probat. j. de p̄bi. feu. alie. p̄ sed. §. i. **¶** Op. ab ex
 tra. de. l. si. §. vlti. ff. de lega. ij. que allegari solet pro sin
 gulari. vbi p; q̄ p̄ ignorātiāz firmat vēditio que alias nō
 valuisset. So. ibi loq̄ de re que de sui natura est alienabi
 lis hic nō. p̄terea ibi alienās tpe alienatiōis potuit alie
 nare hic secus. de materia ibi posita tradit plene p̄ doc. i
 autē. res que. C. cōia de leg. **¶** Op. q̄ imo vasallus non
 admittat ad reuocandū feudū alienatū: put hic d; qz nō
 pōt venire p̄tra factū suū p̄p̄riū et reuocare qd iā a se ab
 dicauit. l. cū cōstitearis. C. de reuoca. dōa. So. ibi alienās
 dolose alienauit hic ignorāter. **¶** Op. q̄ iste vasallus vē
 dendo tenet de euictiōe igit̄ reuocādo poterit p̄ exceptiō
 nē repelli p̄ regulā. l. vendicātē. ff. de euic. so. §. Bal. con
 trariū h; locū qm̄ emptoris intererat excipe qz venditio su
 it possibilis de iure hic emptoris nō itererat excipe qz vē
 ditio de iure erat impossibilis vt. j. dicā de p̄bi. feu. alie. p̄
 loth. in. c. si. i. si. **¶** Quero an emptor poterit retinere feu
 dū emptū donec sibi vasall⁹ restituat p̄ciū. Et dicit Bal.
 q̄ sic respectu vasalli alienātis. l. si nō sortē. §. si centū. cu; z
 ibi no. ff. de cōdi. inde. sed respectu dñi reuocare volētis
 in cōtumaciāz vasalli: secus vt in. c. i. §. i. in fi. j. de p̄bi.
 feu. alie. p̄ fede. **¶** Quero an huic allegati ignorātiā cre
 dat. an sit necessē q̄ p̄bet. et qualiter. et rñdeo q̄ si succes
 sit in alteri⁹ locū et hēat instā ignorātiē cām. sibi credi. l.
 qui in alterius. ff. de iur. et fac. igno. l. si pluriū. ff. de actio.
 emptio. l. si sterilis. et maxime si bonus vir extimef. ff. de
 re militari. l. nō oēs. §. a barbaris. ff. de excusa. tut. l. scire
 §. sufficit. secus autē si facerēt p̄sumptiones cōtra ipm̄. qz
 ipse idē alias fuisset inuestit⁹. vel alias dedisset dñō serui
 tiū vel tanq̄ agnat⁹ successit in eo et nō i alijs bonis istis et
 casibus et similibus sua ignorātiā nō esset tollerabilis ar.
 C. ad vell. l. quāq; ff. locati. l. itē quero. §. si ful. et ita deter
 minat. Ja. ardi. in ti. qui. mo. feu. amit. sub rubricela. an
 allegati ignorātiā credat. et v; extēdere ē ad p̄sonāz filij
 heredis. quāquā videat eē eadē p̄sona cū defuncto qd pro
 bat p. l. cū falsa. ff. d̄ iur. et fac. igno. ff. rex amoray. l. mar
 cel. §. i. et pro. l. nihil. ff. d̄ hē. emp. et ad p̄dicta vide Spe
 cu. i. d. §. xvij. §. allegato. et sequē. et de consti. c. vt aiay li
 bro. vj. per cano. et qd dicit i. d. c. i. §. hic pōt eē ti. qui. mo.
 feud. amit.

¶ Vasallus. In sūma hoc vult. Vasall⁹ sci
 enter negās feudū amittit il
 lud vbi vero dubitat an sit feudū d; dubitāter
 respondere. **¶** Pro. vasallū debere rñdere do
 mino interroganti an res feudalis sit quā t; prout in simi
 li videmus in. l. iij. et. iij. ff. d̄ interro. actio. Quid autem
 si nullo mō vellet rñdere s; mō esset cōtumar i respōden
 do qz vel tacet vel nō vult venire ad respōdēdū tu dicas
 vt dictū ē in. c. i. §. de mili. vas. qui cōtumar est. et de mate
 ria nolētis rñdere h; in. l. de etate. §. qui tacuit. ff. de iter
 roga. actio. p̄ dolū vt hic et i. c. si. d. l. cora. et intelligas si to
 tū feudū negauerit toto priuabit. Inno. in. c. ceterū d̄ in
 di. facit ter. in. §. illud quoq; in iudicijs i autē de triē. et se
 misse. Si vero solū p̄tē negasset tūc solū ea p̄te priuaret vt
 dictū ē. §. c. c. vasallus. itellige si negat substantiā. L. rez es
 se feudale. secus si negaret qualitātē. puta qz dñs diceret
 esse feudū guardie vasallus negaret esse feudū guardie.
 sed diceret esse rectū feudū p̄ hāc negationē nō priuaret
 tur vasallus Bal. in. c. i. §. itē si vasallus vbi bōus ter. §.
 de cōtro. inesti. **¶** Pro. ignorātiāz excusare vasallū a pe
 na mēdaci; vt hic et. §. c. proximo mero iure: aliquādo ta
 men ope exceptiōis vel restitutionis vt glo. no. in. l. d̄ pu
 pillo. §. hoc autē. ff. d̄ ope no. nuncia. dūmodo nō sit cras
 sa et supina s; tolerabilis no. glo. j. de cōtro. inter do. et em
 pto. feu. c. i. et est rō quia ad inducendam priuationē crigi
 tur scientia vel saltem ignorantia nō excusabilis. l. si. ff. de
 decretis ab ordi. facien. **¶** Pro. q̄ dubius etiāz potest du
 bitanter respondere vt hic et in. d. c. si. et nō. glo. i. l. si debi
 tor. ff. de peti. heredi. dicit tñ Inno. i. c. iter quattuor in
 fi. de maio. et obe. q̄ dubitāter respondens habetur pro

negante. qñ cõe dubitatiois sunt tales qbus ad neganduz
moneri possent. dabit tñ sibi terminus ad se info:manduz
z deliberanduz. vt. ff. de interroga. actio. l. si quis interro-
gatus z. l. insur an. z ad pecunias. §. i. de quo plene p glo.
z doc. in. l. ij. §. qd observari. C. d iura. calu. z si postea nõ
respõdeat tñ poterit lis ptestari aduersus ipsũ vt diri. s.
ti. pri. in fi. z in. d. c. vasallus. Et p̄dictis infero duo nota-
bilia p̄cio q̄ sicut ignoras nõ vñ renũciare iuri suo ita nec
dubitās. vt est casus singularis fm Ray. z Bar. in. l. ma-
nifestissimi. §. sicut nescies. C. de fur. Secunduz q̄ ille q̄
respondet dubie z habet pro cõfesso q̄ qualiter intelligẽ-
dũ sit hodie circa rñsiones que sũt positioibus. z an reg-
rat snia vel ipso iure hẽatur p cõfesso vel negate habetur
plene i. c. ij. in fi. p glo. z doc. de cõfess. li. vj. p doc. iuris ci-
uilis in. d. §. tacuit z in. d. §. qd observari. z qd opat talis
ficta cõfessio z de mō practicãdi circa p̄dicta h̄ p Bar. i.
l. eius qui delatorẽ. ff. de iure fisci z p Dy. in. l. i. ff. qñ ex
facto tuto. z p Ly. Sali. z Bald. in. l. ij. §. qd si actor de
iuriu. **Quero** qd si vasallus rñdeat obscure aliqb̄ et
traneis verbis nõ intelligibilibus vel lingua greca vel als
incognita. rñdeo q̄ habet p sciẽte z maliciose negate. d. l.
de etate. §. nihil cũ ibi no. i gl. ff. de inter. acti. qd itellige
vex nisi de elec. vt no. glo. in. d. c. ij. in fi.

b **Beneficium.** Vasallus p̄t feudũ suuz al-
teri sibi eq̄li infendare dũ-
mõ sine fraude faciat. h. d. **Not.** q̄ vasallus
q nõ p̄t alienare feudũ sine voluntate dñi p̄t
tñ infendare dũmõ infendet eq̄li z sine fraude z ea. lege vt
hic z. s. p quos fiat iur. §. i. z. s. q̄liter oli se. ali. pos. §. i. di-
cit hic Bal. post Jo. mona. i. c. auaricie de elec. lib. vj. q̄
fraus sit legi. qñ p̄hibitũ agit z p̄missuz simulat. l. iij. §. si
ab ignoto. ff. d manumi. testa. l. ab anastasio i fi. C. mada-
ti. c. i. §. callidis. j. d. pbi. se. ali. p Fe. Itẽ si fiat de p̄missio
simplr ad p̄hibitũ s̄ qd vt de veditioẽ ad pign̄ vt not. i
l. emptioẽ. C. plus valet qd agit z iõ a dño hui⁹ ter. bẽtis
iferre q̄ si i fraudẽ legis infendaret nõ valeret. z fac. quod
vult Bal. i. l. i. C. si qd i fran. patro. dicẽs q̄ factũ i frau-
dẽ legis ẽ ipõ iure nullũ z declarat Bal. i. l. i. fraus. ff. de le.
q̄ fraus ẽ de p̄missio ad p̄hibitũ tẽdẽs occasio p. l. simpli-
ci⁹. ff. d dõa. itervi. z vro. p̄pea recte locuta ẽ h̄ gl. dũ tria
regrit vt vasal. possit alteri infendare. priuz q̄ infendet eq̄li
adeo q̄ si prim⁹ vasal. infendãs qui mō p infendationẽ suã
ẽ effectus dñs respectu scdi. vt. j. d. pbi. feu. alie. p Sede.
§. illd. ẽẽt miles: ẽ nece q̄ sit scõs in quẽ infendet sit miles
scõs q̄ regrit ẽ q̄ nõ infendet nisi comõ put ipẽ vasal. ifeu-
dans h̄ a dño. tertiu⁹ q̄ regrit ẽ vt infendet sine aliquo pre-
cio ne videat fieri i fraudẽ legis. vt in. d. §. callidis. Et h̄
voluit glo. ista vsqz ibi i fraudẽ. n. que bñ logt. ut pbat in
§. simili. z i. §. p̄terea. j. de capi. cora. in glo. magna i fi. et
p̄pea ifert glo. qd si vasal. infendãs s̄o accipiat nun⁹ medi-
etate p̄cij p dco toto feu. an tñc isto cãu talis infendatõ itel-
ligat ẽẽ scã i fraudẽ legis. z rñdet hec glo. sub dubio for-
te q̄ nõ. dicẽs q̄ tñc demũ intelligit fraudulẽta qñ p̄ toto
feu. ipẽ vasal. i feu. hẽat vltra medietatẽ veri p̄cij. diẽ gl.
multi hoc tenet. z ita itelligit istũ passũ. Alia. dicit q̄ sibi
vñ q̄ ista talis deterioratio nõ fũdet aliquo iure. s̄ poti⁹ vñ
ẽẽ s̄ mẽtez ter. i. §. i. s̄. quãr oliz feu. alie. po. q̄ dicit q̄ va-
sal. tñc demũ p̄t alteri infendare si hoc sincere fac. zc. qua-
si dicat q̄ ex liberalitate nullo iternuente p̄cio hoc fiat. si
militar vñ ẽẽ s̄ ter. i. l. i. j. de pbi. feu. alie. plotha. vbi lra
dicit q̄ nullũ cõmertũ p̄t facere. similiter vñ ẽẽ ter. i. §.
callidis. de pbi. feu. alie. p Fed. q̄ indistincte determinat q̄
p̄cio accepto nõ p̄t alteri infendare. z ita Ja. ardiso. in ti.
qui. mo. feu. acqui. sub rubricel. an feu. p̄cio dato infen-
dari pos. vbi notabiliter dicit q̄ vasallus p̄t dare in feu.
i. sine p̄cio z sola liberalitate. **Alterũ** si accepto p̄cio
z nõ liberalitate in feudũ cõcedat itelligit in fraudẽ face-
re. vnde nõ valet. l. apud celsum. §. si quis aut. z in. §. sigs
ex vncia. ff. de excep. doli. z. l. fi. ff. ex quibus causis in pos-

sessio. eatur. cum similibus.

Vasallus. Illud qd sit p vasallũ d suo
feu. siue per iudiciũ siue per
trãfactionẽ hẽri d̄z ratum per dñm. z id qd si-
bi datur noie trãfactionis nõ censet feudũ. b.
d. **Mo.** q̄ vasallus hẽt legitimãz psonam cõparendi
in iudicio p re feudali. z in agẽdo z in defẽdẽdo tale iudi-
ciũ z snia ac inde secuta erũt valida z pderũt z nocebunt
dño siue ignoret siue sit pñs siue absẽs dãmõ nõ fiat frau-
dulẽter vt. s̄. diri. Et nõ p̄sumit fraus nisi p̄bet. ff. d p̄ba.
l. quotiens. §. qui dolo. ad quod facit. s̄. que fuit p̄cia cau-
sa benefi. amittẽ. §. p̄terea. p̄sumit enim pro processu
z sententia p̄ter auctoritatez iudicij. l. res iudicata. ff. de
re iudi. fm An. de iser. **Si tamẽ** vasallus potuit denũcia-
re. z tunc dicit Bal. q̄ eo ipso videtur z intelligetur esse
fraus cõmissa per. l. creditor. de distrac. pig. quod est nõ
dignuz. **Secũdum** autẽ intellectũ Andre. ad hoc vt pre-
iudicet domio ignorantĩ est nece q̄ dominus veniat ex
personã vasalli. si eni vellet ex psonã sua venire non p̄iudi-
caret sibi. gestũ cum vasallo. **Nota** q̄ vasallus qui non
potest obtinere in causa feudali p̄t per trãfactionẽ sibi
consulere. vt hic. z. i. d. c. i. de cõtrouer. inter vas. z aliuz.
qd qualiter intelligi debet statim dicaz. **An aut sup** iuri-
bus decialib⁹ possit trãfici. dicit in. c. statuimus de trã-
fac. **Mo.** q̄ illud qd noie trãfactionis percipit non suc-
cedit loco rei. nec est feudũ. ad qd facit. l. cõtrouerfia cũz
ibi no. ff. de trãfac. qd verum est quando percipit aliqd ex
trinsecũ puta pars ipsius feu. qz tunc retinẽs nõ intelligit
nouo titulo acquirere. C. de trãfac. l. si pro fũdo s̄ Bal.
Oppo. cõtra ter. z contra supradicta. z primo q̄ talis
snia lata i psonã vasalli nõ d̄z extẽdi ad personã dñi. p re-
gulã res inter alios acta. zc. l. sepe. ff. de re iudi. Et timo-
re huius cõtrarij dicit Bal. breuiter se expediendo q̄ va-
sallus hic denũciauit dño. vel saltẽ fecit q̄ potuit vt domi-
nus sciret. facit. l. creditor hypothecas. C. de distra. pig.
hoc modo videtur euitare contrarium. Et hec solutio po-
test esse vera quia imputet sibi dñs si fuit negligẽs per ea
que diri. s̄. titu. proximo. c. i. sed tamen qz vñ diuinare q̄-
tum ad istũ tertum. **Idcirco** Andre. de iser. dicit q̄ debe-
mus considerare q̄ interdum vasallus agit ad rem feu-
dalem contra alium possidentem z vterqz dicit ad se spe-
ctare iur̄ feudi z ab eodem domio tunc quia causa ista vẽ-
tilari debet coram domino feud. vt. j. de probi. feudi alie-
na. per Federi. §. penulti. q̄ tamen intelligas vt ibi not.
z diri. s̄. de controuer. feudi. apud pares termi. Et isto
casu cim dominus non possit pretendere ignorantiam tñc
siue sciat siue ignoret sibi fiet p̄iudicium adeo q̄ si domi-
nus in futurum vellet venire ad vendicandum dictũ feu-
dum a vincente ex persona illius qui succumbit quia for-
te vel comisit aliquod delictũ vel decessit sine herede ma-
sculo. vnde dicat dominus sibi apertum feudum ex illius
persona ipse possessor qui vicit poterit repellere dominuz
exceptione rei iudicate. argumen. l. si hereditatez. §. iulia-
nus. ff. de exceptio. rei iudi. sicut potuisset repellere victũ
l. quod temporis. ff. de re iudi. Sed interdum vasallus
agit ad rem suam quam dicit feudalem. contra aliuz pos-
sidentem ipsam rem. qui se defendendo dicit dictam rez
esse snã propriam z non feudalem. Tunc vasallus agens
habet nece probare duo videlicet primo q̄ ille qui sibi
infendauit est dñs. Itẽ q̄ dedit sibi in feudum. que duo
si nõ pbauerit pronũciabit p possessore. qz absoluet a peti-
tione ipsius agẽtis. vñ si isto casu vellet postea venire dñs
ex psonã victi tãq̄ vasalli. dicẽs q̄ erat vasallus z decessit
sine herede vel comisit delictũ ex quo feudũ est sibi deuo-
lutum. z p cõsequens vellet vendicare ab ipso possidente
q̄ p sniam obtinuit cõtra ipsum vasallum. tñc ẽẽt isto casu
dñs repellere p̄ exceptionez rei iudicate siue sciuerit siue
ignorauerit d̄ primo processu z iudicio. ut in isto. c. z est rõ
qz vict⁹ potuit litigare de iure suo qd p̄tẽdebat. ut. i. §. i. d̄

inuetti. de re. alie. fac. Sed si dñs uellet uendicare dictas
rem tanq̄ suā z iure pprio nō ueniēdo ex p̄sona predicti
uaf. iā uicti. tūc nō p̄iudicaret sibi qz agit nūc d̄ iure suo.
Nō. n. poterit p̄hibere uaf. uictum quin ius suū experi
ret ergo non debuit sibi nocere et si fuisset sciēs. d. l. sepe
§. cui aūt. nec istud. c. in h̄ dicit p̄riū sed tm̄ loquit qñ dñs
diceret sibi apertū feudū z uile dñum ex p̄sona uaf. uicti
z ideo notāter dicit tex. oī tpe firmus. z erit id iudiciū. l. si
ne p̄iudicio iuris dñi qz nō potuit de dño per uaf. uictū
in p̄iudiciū dñi agi. l. in suū p̄iudiciū sic p. d. l. sepe. z p̄
dicta nō p̄cedunt fm̄ An. qñ uaf. cōuenit in iudicio per
aliū non possidētē qui dicit z allegat dictā rem spectare
ad se iure pprio. z nō ad uaf. neqz ad dñm uasalli tūc isto
casu dicit ipse si agēs obtineat fiet p̄iudiciū dño sciēti.
z uigore illius snie poterit iste qui obrinuit sp̄ repellere ip
sum dñm agentez siue uelit ex p̄sona sua uenire siue ex p̄
sona sui uaf. uicti z est rō qz ista cā p̄ncipaliter est ipsius
uaf. tm̄ tangit et ius dñi: debebat. n. dominus sciens d̄fen
dere cām z p̄bare rem suā esse: secus at̄ si fuisset ignorans
tūc nō pateret p̄iudiciū p. d. l. sepe. Ex p̄dictis itaqz p̄
qz istud. c. cū similibus tm̄ h̄z locū qñ dñs ex p̄sona uaf.
uicti uel uincētis uellet uenire qz siue sciuerit siue ignora
uerit iudiciū uentilatū sp̄ erit firmū et in p̄iudiciū ipsi
dñi qz uaf. de iure suo agere potuit nec potuit p̄ dñm ipe
diri. ut. s. dcm̄ est. **C**o p̄po. sc̄do p̄ dictam p̄imā partē qz
imo dño ignoranti nō fiat p̄iudiciū ex snia lata p̄ uaf.
qz uasallus conuentus debuit dñm suū noiare in iudicio
ut no. glo. in. l. ij. C. ubi in rē actio. unde snia lata p̄ uaf. nō
d̄z posse parere dño p̄iudiciū. ex p̄dictis fatendo p̄riūz
dicatis qz non fiat p̄iudiciū aliquod dño absenti z igno
ranti qz imo et si fuisset facta executio adhuc dñs possz cō
parere z ut iure suo non obstāte dicta snia. l. si. C. si p̄ uim
uel alio mō. z t̄z Inno. in. c. qm̄ frequenter. §. qz si sup̄ re/
bus. extra ut lite non cōtestata z doc. in. d. l. ii. non obstat
mō istud. c. qz uel soluamus fm̄ intellectum Bald. qz hic
uaf. denunciavit dño uel nō stet per ipm̄. Ita qz apparer
qz uaf. nō est in aliqua fraude z isto mō cōcordat istud. c.
cū dictis iuribus. Uel possumus soluere fm̄ And. d̄ iser.
qz dominus nō excludatur iure suo si uelit uenire ex per
sona sua ut in p̄ris. secus at̄ si uellet uenire ex p̄sona uaf.
qz tunc qd̄ obstabat uasallo ostabit z dño. ut. s. dcm̄ est i p̄/
cedenti p̄rio. **C**o p̄po. iij. p̄ dictam p̄imā partē qz imo
tale iudiciū non pōt p̄iudicare dño ignoranti ex eo qz
feudū non pōt alienari ipso ignorante. ut. i. de p̄bi. feud.
alie. per Lotba. z de p̄bi. feu. alie. per Sede. So. ibi loq̄
tur in alienatiōe uoluntaria. h̄ aūt in necessaria que fit p̄
sniam cum iudiciū reddat̄ in uinitus. l. inter stipulatē. in
p̄rin. ff. de uerb. ob. ad qd̄ facit. l. i. ff. de fun. do. 7. l. si filio
§. pe. ff. lo. ma. z no. j. de p̄bi. feu. alie. per Sede. **C**o p̄
po. cōtra sc̄dam partē que admittit trāfactionem factam
per uaf. in p̄iudiciū dñi. z tm̄ ipsa trāfactio est uolunta
ria. l. ij. ff. de trāfac. l. si diuersa. z l. cum donat. C. eo. ti. un
de p̄ trāfactionem erit apta uia fraudādi z circūueniēdi
dictas cōstitutiones Lotba. z Sede. qz p̄hibēt alienatio
nes. cū partes poterunt fingere trāfactionem sub colore
alienatiōis qd̄ esse nō d̄z. l. scire o3. ff. de tu. z cur. datis ab
bis Sol. hic loqm̄ur de trāfactiōe que fit timore litis et
iudiciū futuri qz uere fiebat uel sperabat̄ fieri sine aliq̄ cir
cūuentione ar. l. in sūma in p̄ri. ff. de cōdi. inde. z p̄batur
de cōtr. inter uaf. z aliū. z ideo dixit Bald. in. c. i. in p̄ri. in
vi. col. j. de p̄bi. feu. alie. per Sede. qz ubi lis posset de fa
cili liquidari qz nō esset ualde dubia tunc nō p̄cederet hu
iusmodi trāfactio d̄ feudo. qz cēseret donatio. l. i. §. qz si. ff.
si quid in frau. patro. uel possumus dicere qz istud. c. intelli
gatur semp̄ qñ uaf. denunciavit dño uel per ipm̄ stetit fm̄
lecturā Bald. uel qz ista trāfactio tenebit solū qñ dñs uo
lit uenire ex p̄sona uaf. non autem si uelit uenire ex ppria
fm̄ lecturam And. d̄ iser. uel possumus fm̄ Alua. z And.
dicere qz istud. c. loquitur qñ per trāfactionem retinet su

bi feudum z dat aduersario pecuniā uel aliquid aliud qz
u3 ut in simili in. l. si p̄ fundo. C. de trāfac. faciūt no. in. c.
ueniens. z. c. decetero de trāfac. z in. c. peruenit de arbi.
z hoc et uoluit Bald. in. c. i. in p̄rin. in pe. col. i. de p̄bi. feu.
alie. per Sede. **C**ōtrarium loquit qñ uellet per trāfactio
nem trāfferre feudū in alium z recipere p̄ciū seu estima
tionem qd̄ non h̄z qz tūc u3 loco ueditōis. l. e litis. ff. p̄ em
ptore. z t̄z Ja. ardi3. in sūma ti. qui. mo. feu. amit. sub ru
bricella an litis estimationē possit recipe. z facit qz qui nō
pōt rem alienare non pōt sup̄ ea trāfigere. l. i. cū ibi no. in
glo. si aduer. rē iudi. l. nō solum de p̄dij3 minor. not. in
c. ueniēs. z. c. decetero. de trāfac. in. l. p̄ses. C. de trāfac.
Sicut § uaf. non pōt alienare. ita nō pōt trāfigere: tm̄ iste
intellectus h̄z in se sit uerus est p̄ l̄am istam in qua appet
qz uaf. pōt trāfigere z dimittere feudum z aliquid acci
pere loco rei feudalis. ideo melior est intellectus Bald. et
erit limitatio ad predictam regulā qz ex quo denūciavit
dño z fecit quicquid potuit ut dño denūciaret z p̄rei tui
tione hoc casu possit uaf. trāfigere ita loquit̄ tex. n̄. uel
et melior erit So. z intellectus And. qz possit uaf. trāfige
re in p̄iudiciū suum z dñi si uult uenire ex p̄sona uaf. si
mile no. Imo. in. d. c. ueniēs. z. c. decetero. Si p̄relatus qz
non pōt trāfigere uel alienare de rebus ecclesie hoc facit
p̄iudicabit sibi imo z heredibus suis per no. i. c. ex pro
sentii de pig. uide ad p̄dicta que dicā in. c. i. de cōtro. in
ter uaf. z alium de bene. Et iō et dicimus qz de re feudali
non pōt uaf. cōpromittere sine cōsensu dñi in. c. cū tpe ubi
bonis tex. ibi doc. de arbi. h̄z in p̄rin. t̄z Spec. in. ti. d̄ ar
bi. §. restat uer. sed nūquid uaf. z Lud. in. l. i. §. z post ope
ris. ff. de op. no. nun. z in. l. iusiurādum. qz ex cōuentione
§. i. ff. de iure iur. z p̄imā opi. t̄z Host. in sūma i. ti. de arbi.
§. sed querit. uer. h̄z nūquid uaf. h̄z ex mente. d. Ant. z p̄da
noz. in. d. c. cum tpe pōt hec intricatio reduci ad id quod
h̄ dicimus de trāfactione. qz si ex laudo uel snia arbitra
ris uel arbitri p̄nunciat̄ abdicādo rem feudalem a uaf. z
trāfferendo in aliū z nō u3 neqz cōpromissum neqz laudū
sine snia. z procedit opi. doc. in. d. c. cū tpe. z Host. in sū.
Aut p̄nunciauit nō trāfferendo feudū d̄ uaf. in aliū z u3.
ita p̄cedit opi. Spe. idē dicerē de emphiteosi h̄z Bald. i. l.
fi. §. si. C. cōia de lega. dicat qz pōt cōpromitti z ad p̄dictas
distinctionē faciunt que no. Bar. in. l. nulli. ff. de trāfac.
Bald. z Sal. in. l. p̄ses. C. de trāfac. in. l. i. C. si aduer. trā
fac. in. l. si pro fundo. C. de trāfac. z solet allegari glo. i. l.
pe. C. de u3 cap. p̄ emptore. Et idem dicite an possit de
ferre iuramentū litis decisiū. nam Lud. in. d. l. iusiurāsi.
qz ex cōuentione t̄z qz sic. **C**uil. d̄ cu. dicit p̄. uos dicite aut
per iuramentū sequit̄ qz feu. uenit adiudicādum z trans
ferendū in aliū z nō possit deferre. aut nō uenit trāfferē
dum in aliū z possit trāfferre iuramentūz per p̄dicta. uel
et redeundo ad solutionē p̄ri. §. formati. tex. n̄. intelligen
tur fm̄ And. qz uaf. in feu. nullū habebat ius. z dñs sibi in
feudauerat rem alienā z ipse cōuentus timens succūbē
cepit aliquid p̄ feu. z dimisit feu. uel aliquo dato sibi reti
nuit ex cā trāfac. si dñs contra uaf. agat ad feudū uel sui
tium poterit obicere qz de re aliena fuerit facta concessio
feu. Ideo habuit necesse concordare. tm̄ hoc est nimis pe
riculosum qz non h̄z uaf. propria auctoritate interuerrere
possessionem dño. l. ij. z h̄. ff. de acquir. pos. l. si. C. si p̄ uim
aut alio mō. Ideo tenete uel intellectum Bald. uel alium
intellectū And. **C**o p̄po. contra qz imo id qz accepit nūc
in trāfactione debeat esse feu. ut p̄batur. j. quid iuris si
post alie. feu. in. §. profecto cum ibi no. in glo. **C**o Solutio
ibi loquit̄ de eo quod accepit per alienationem feu. factā
uoluntate dñi. Et sic casus sunt diuersi fm̄ And. de iser.
Co p̄po. ad idem qz imo sit feudum qz loco rei successit
quā dedi. Imperator. in. ff. de leg. ii. z de peti. bere. l. si
rem z p̄ciū. Sol. istud datum noiē trāfactiōis nō fuit
datum ut esset in feudū neqz similiter receptū. z sic libera re
manere d̄z. l. altius. C. de fuitu. **C**o Quero ab ex iuxta p̄ri

maz partē an tale iudiciū vel snia p̄iudicet ceteris agna-
 tis sicut p̄iudicat dño. Et respondeo q̄ si in ipso iudicio
 fuit disceptatum de iure oium agnatorū z sciētibz ipsis
 agnatis p̄iudicabit alias nō. p. d. l. sepe. Et est rō qz nō
 sciuerūt discuti de iure suo potuerūt interesse liti ne collu-
 deret z p̄batiōes adducere. l. si pluzorie. ff. de ap. z. ff. d̄
 inoffi. testa. l. si suspecta. nā ideoz q̄ erat apud vas. erat
 futuz apud alios agnatos sequētes z non diuersuz meri-
 to si veniūt ē s̄z veniāt ex persona p̄pria z non ex p̄sona vi-
 cti. tñ eodem iure. Secus est in p̄sona dñi. vt. s̄. ostēsus ē.
Quero si presupponam⁹ agnatos posse venire ad re-
 uocand. an saltē viuente ipso vas. sint exclusi. ita q̄ necesse
 habeāt expectare mortē ipsius vas. z puto q̄ sic per ea que
 no. glo. penul. z q̄d ibi dixi in. s̄. hec quoqz. s̄. de suc. feu.
Quero iuxta hāz partē an trāfactio p̄iudicet alijs agna-
 tis. dic q̄ nō cum istud. c. hoc nō dicat ar. l. si seruū. s̄. non
 dixit. ff. de acquir. here. z q̄ intellige ēt si sciuisent cū isto
 casu nō necessitent ad p̄dicendū. put facere tenent in iu-
 dicio s̄m quod. s̄. p̄ime dictuz est s̄m And. de iser. z pōt
 esse rō qz ēt inuitis agnatis potuit vas. transigere quātuz
 ad sui p̄iudiciū per ea que tradunt in. l. gaius d̄ pig.
 acti. facit. ad p̄dicta q̄d habet in. c. veniens ex de trans.
 z q̄d dixi in. c. i. in prin. i. de alie. feu. paterni. z. s̄. qui. mo.
 feu. amit. s̄. p̄terea. **C**irca scōdam partēz quero q̄d si
 dñs puenit cū vas. recipiente vt recipiēs teneret in feudū
 rem receptā ab eo a quo tenebat rē dimissam an tūc cēlea-
 tur feudū z dic quod nō per regulā qz alteri stipulari nō
 pōt. l. stipulatio ista. s̄. alteri. ff. de verbo. obli.

d **domino.** Dñs ex culpa per eū cōmissa
 in p̄sonaz vas. vel alterius pri-
 uatē pprietate feudi que applicari d̄z ipsi vas. dū-
 modo ex eadē culpa vas. fuisset amissurus feudū si eaz cō-
 mississet. b. d. **N**o. q̄ dñs eadē fide ē obligatus vasallo
 qua tenet vasallus ipsi domino vt. no. glo. in. c. de forma
 xxi. q. v. nam sicut vasallus ex delicto priuatur feudo ita
 z dominus pprietate vt hic z. j. qualiter do. pprie. priuet
 c. i. z dixi. s̄. de forma fide. c. i. z facit q̄d not. Bar. in. l. i.
 C. de cupressis. li. xi. in. l. si. ff. de accepti. intellige nisi alia
 rō reformet pactū. qz vbi est diuersa rō non equiparant. l.
 pap. exuli. ff. de minoribus. z iō dixit Bal. in. c. i. j. qua-
 liter do. pprie. priu. q̄ si empbi. vel vas. tenentur ex cōuen-
 tiōe ad certā penaz pecuniariā ad illam dñs nō tenebitur
 p. l. s̄z si interpellat. s̄. si ab altera. ff. de arbi. z. l. si de meis
 in prin. ff. e. ti. z. j. dicā. **N**o. equalitatē inter do. z vas.
 esse seruandā vnde equū z vt paria iura desident. put di-
 xit tex. i. de pace intra. fir. te. circa si. nā sicut p̄ delictum cō-
 missum in dñm per vas. vtile dñium vas. cōsolidat cūz p̄-
 prietate dñi. s̄. si. que fuit pri. cābe. amit. ita p̄ delictuz cō-
 missum p̄ dñm cōsolidat pprietate dñi cū vtili dñio ipsi⁹
 vas. vt h̄ z in. d. c. i. qualiter do. pprie. priue. Et ex hoc ha-
 betis vnā dñiam inter empbiteosim z feudū. nā que di-
 cuntur hic q̄ p̄uentione siue fellonia dñi feudatari⁹ lucra-
 pprietatez nō simpliciter. hnt locū in empbiteota. nam si
 dñs alienat pprietatem nō p̄ hoc illā p̄dit. nec si p̄facit p̄-
 ctui empbiteotico Spe. z Jo. an. in ti. de locato. s̄. nunc
 aliqua. s̄. si. xciij. Jmol. in. c. potui de locato in. ij. charta
 Dau. de ca. in. l. s̄z si hac. s̄. patronū. ff. de in ius vo. nam
 alienatio dño nō reperit p̄bibiata ergo p̄missa. l. dudū. C.
 de p̄ben. empt. l. p̄dia. C. de cōducto. z p̄cur. p̄dio. filca.
 li. vi. facit qz nunqz priuat quis iure suo nisi expresse lege
 caneat glo. in. c. si. de inrepa. cū cōcor. s̄z nullibi caneat q̄ p̄-
 faciendo dñs directo pprietate priuet ergo zc. itē p̄bat
 qz sp̄aliter h̄ est priuatum in vas. z dño iter quos ex mutua
 fidelitate agit vt dcm ē. itē in exorbitantib⁹ z odiosis dicta
 in feudis nō extendunt ad alios casus vt dixi. s̄. in plu-
 dijs hui⁹ cōmenti s̄z stat cōclusio q̄ dicta hic de vas. z dño
 nō hnt locū in empbiteota z dño directo. **N**ot. tex. ibi
 ad vasallū q̄ si vas. pprietatem deuolutaz nō acceptet nō

deuoluet ad agnatos suos s̄z v̄ dño remississe deuolutio-
 nem. ita Bal. hic p̄buncter. ff. ad sil. l. diuus. **T**itē no.
 s̄m Bal. ibi prinere nō aperit an ipso iure an p̄ sniam in-
 telligib⁹. l. per sniam qz modus z forma traditus in vno
 correlatiuoz in alio v̄ expressus ēt si aliud nō dicat. l. si.
 C. de indicta vidui. tol. z ita t̄z Bal. in. c. i. in prin. j. qua-
 liter dñs pprieta. priue. subiciēs ibi p̄ illum tex. q̄d etiaz
 si culpa est notoria tñ requirit snia priuatoria. s̄z punctus
 stat an in casibus in quib⁹ ipso iure priuat vas. de quib⁹
 in. c. i. in prin. s̄. qui. mo. feu. amit. in. c. i. z. ij. d̄ feu. culp.
 non amit. puta. in alienatiōe vt dictū est in. s̄. si. s̄. que fu-
 it pri. cā be. amit. priuatus est dñs certe attēta rōne Bal.
 v̄ q̄ sic qz sunt correlatiua zc. ideo cū ministerio text. hic
 vsus est v̄bo infinitiui mōi prinere q̄d ad omē t̄ps est equi-
 uocū z p̄teritū z futuz Bar. in. l. v. s̄. stipu. ff. de r̄. ob.
 tñ cum ad tollēdaz cōsequētiāz sufficit dare instantiā. c. si
 cut vrgeri. i. q. i. glōf. in. l. creditoris. ff. de op. no. nun. nō
 iudicarez absurdū dicere q̄ cū non debet ita reuerentia p̄
 dñm vas. sicut ē z vas. suscipit prius liberalitates a dño
 anteqz rependat regulariter ēt in mō pene irrogande pri-
 uationis pprietatis deferať dño vt p̄ sniam nō ipso iure
 sit priuatus: facit i simili tex. in. c. i. in prin. ver. si x̄o fen-
 dum. s̄. de cōtro. inuesti. vbi plus defert dño qz vas. nam
 vbi est diuersa nū vas. z dñs ad paria nō iudicant. And.
 in. c. i. an ille qui interfecit fra. do. faciunt q̄ videbim⁹ in
 c. i. in fi. j. de capi. cora. z ideo cū tex. noster vsus sit verbo
 infinitiui mōi in dubio intelligemus vt nō importet cano-
 nem late snie. sed ferēde glōf. in regula in penis de regu.
 iu. li. vi. l. interpretatiōe. ff. de pe. z ex dicto Bal. q̄ in pe-
 nalis z odiosis dictū de vno correlatiuoz h̄z locū in re-
 liquo. voluit clarius Bar. in. l. i. C. de cupressis li. x. He.
 in. c. i. de t̄p. ordi. li. vi. Bal. in rub. C. de reb⁹ cre. Bal.
 in. l. i. C. de sa. san. ec. **O**pp. ab eē q̄ imo p̄ delictū dñi
 cōmissuz in aliū qz vas. non d̄z pprietas feudi prinere ad
 vasallū s̄z ad agnatos primiores ipsius dñi delinquentis:
 sicut p̄ ē in vas. delinquēte in aliū qz in dñm. qm feuduz
 trāsit ad primiores agnatos vas. vt ē tex. s̄. que fuit pri.
 cābñ. amit. in. s̄. deniqz. So. dixit Bal. q̄ aliud est in deli-
 cto cōmissio p̄ vas. quo casu distinguit an sit cōmissum in
 dñm. z tūc feuduz trāsit ad dñm an sit cōmissum in aliūz
 quo casu trāsit ad agnatos quib⁹ erat aliqualis spes suc-
 cedendi z bñficio cōcedentē vocati v̄nt vt vidimus in. c.
 i. s̄. de gradi. suc. in feu. S̄z q̄ pprietas feudi spectet ad
 aliquēz quā ad dñm nō est tanta spes. neqz quispiā v̄ vo-
 cat⁹ ad illaz nisi. put ipse dñs voluerit z sic pprietas suat
 magis libera respectu agnatorū suoz qz feudū q̄ ad agna-
 tos vas. ideo nō mix si dño culpā cōmittente nō sit trāsit⁹
 ad suos agnatos vt pprietas in eos vadat s̄z ibit in vas.
 indistincte vt est casus in isto. c. s̄m ipm qui ita simpliciter
 intellexit. S̄z h̄ nō v̄ rōnabilis Alua. q̄ magis vas. bene-
 ficieť z fructū cōsequat ex delicto dñi quaz ēz. tu. qz vas.
 iurat dño z recognoscit ac t̄z a dño nō ēz. vt dixi. s̄. d̄ for.
 fide. in. c. i. itez quātū ad effectuz equa lance se tractare de-
 bent inter se. videmus q̄ si vas. stat p̄ annū z nō petat iue-
 stiturā q̄ priuat feu. Ita ēz si dñs stat p̄ annū z nolit iue-
 stire q̄ priuat pprietate z hoc iō est vt seruet equalitas i-
 ter eos. ita no. glo. in ti. s̄. p̄ per quos fiat inesti. in fi. z iō
 hoz timore itelligit istud. c. in feu. nouo q̄ casu ex delicto
 vas. cōmissio in aliū quā in dñm sp̄ reuertit tale feudū ad
 dñm exclusis oibz descēdentibus agnatis ipsius vas. p̄-
 ut late in. d. c. si. ita z in casu n̄o ex d̄icto dñi in aliū quā
 vas. sp̄ reuertit pprietas feudi in vas. exclusis oib⁹ agna-
 tis z descēdentibus dñi. Et hoc mō itelligēdo suat equa-
 litas z tollitur p̄rius. Similiter in feu. antiquo erit equa-
 litas qm sicut ex delicto cōmissio p̄ vas. in aliūz qz in dñm
 feudum nō d̄z transire ad dñm s̄z remanere d̄z apud pri-
 miores agnatos vas. exclusis filijs vt ibi dixi. ita ex deli-
 cto cōmissio per dominū in aliū quaz in vas. debet domi-
 nium feu. si est antiquū remanere apud agnatos ipsius

domini exclusis filiis et non ad vas. Et ita vult sentire Ja. ar. di. ubi vult opi. Bal. posse sustineri. ut tex. noster loquatur in feudo antiquo et indistincte consolidet proprietatem cum utili dominio. Ad ob. ar. Alua. quod non debet dominus et vas. ad impar indicari cum. s. adductis. quod in casu nostro est maxima ratio dicitur. nam in feudo antiquo statim est ius et inuito vas. gradatim spe questum alijs agnatis. c. i. s. de suc. feu. 7. c. i. de gra. suc. in feudo. id non faciliter factum vas. amittunt alij agnati ius suum. s. si. s. que fuit pri. ca. be. amit. s. in domino est secus. nam in sua proprietate omnimoda huius libertate; quo ad agnatos potest dominus alienare feudo. sine consensu agnatorum suorum dum alienet eorum consensu vas. ut probatur in s. ex eadem. j. de lege cora. 2. s. p. ducat. j. de pbi. feu. alie. per Sede. 7. in. c. ij. quo tpe miles. que iura volunt quod dominus non possit alienare feudum sine consensu vas. sicut contra non potest vas. sine consensu domini. ut. j. de vas. qui contra constit. Loth. feu. alie. 7. de pbi. feu. alie. p. Sed. p. totum. probatur sexto illa inra quod dominus potest alienare feudo. sine consensu agnatorum suorum quod si requireret consensus agnatorum suorum tex. diceret sicut dicit de vas. alienante feudo. paternum. ut est tex. j. de alie. fe. pa. in prin. 7. sic potest quod maiorem libertatem huius dominus in proprietate feudo. et antiquo quo ad suos agnatos quam vas. quod dominus potest sine eorum consensu alienare. vasallus autem non. d. c. i. de alie. feu. pa. ergo vasallo delinquente distinguitur vtrum offendat dominus vel alius. c. i. s. denique. s. q. fuit pri. ca. be. amit. quod si offendit dominus feudo. revertitur ad eum. Si autem offendant agnati feudum pertinet ad eos si feudum sit antiquum. Et ratio est quam assignat tex. in simili in c. i. in prin. i. de alie. feu. pa. in prin. huius est prope spem reversionis quam habent. hinc est quod vas. non potest eis preiudicare alienando. ut est tex. ibi in verbo reversionis sicut non potest alienando non poterit et delinquendo pro quo facit doctri. Bar. in. l. si quis in tantum. in. ij. col. C. unde vi. 7. in. l. statum. i. s. si. ff. de iure fil. ubi concludit quod quoniam quis prohibetur alienare favore alterius contrahendo prohibetur et alienare delinquendo. Exemplum ponit de muliere que sicut non potest dote alienare contrahendo non potest et delinquendo hic est quod dos non publicatur nisi in casibus. l. quinq. ff. de bo. dan. 7. benefact. l. si finita in fi. de vectig. ff. de dam. infe. Ita in proposito sicut favore agnatorum non potest alienare vas. non poterit et delinquendo. 7. sicut non potest dominus alienare in preiudicium vas. non poterit et delinquendo ei preiudicare. Et quod sit bonum ar. de alienatione que fit per preiudicium ad alienationem que fit per delictum. probatur quod sicut feudum antiquum alienatur per vas. irrequisito domino 7. irrequisito agnatis. per tunc ad agnatos excluso domino ut est glo. in. c. i. s. quoque in verbo parte. s. de succes. feu. 7. ibi Ja. de bel. 7. And. de iser. in. c. i. s. si fuit. qui. mo. feu. amit. Jaco. de bel. in. c. in imperiali de pbi. feu. alie. per Sede. ita et vas. committente feloniam in alium que in domino feudum pertinet ad agnatos. tex. est in. c. i. s. denique que fuit pri. ca. be. amit. quod ratio cessat in agnatis domini qui non habent spem reversionis nisi ad voluntatem domini id potest dominus alienare sine eorum consensu. 7. eis preiudicare. ut. s. probatur quod est delinquendo cum suum bonum ar. Et per ista per rursus ad fundamenta 7. rationem Alua. dum dicit quod a pari procedunt 7. iudicantur vas. 7. dominus. c. i. qualiter dominus feudo. proprii. pri. quod est vix ubi militat eadem ratio; s. in casu nostro est diversa ratio quod agnati vas. habent spem reversionis ideo feudum facilius pertinet ad eos. s. agnati domini non habent spem reversionis id per delictum domini non acquirunt sibi feudum. Ad ob. et aliud fundamentum Alua. quod absurdum esset quod vas. magis beneficiaretur prope delictum domini quam dominus ob delictum vas. quod non est vix imo esset maius absurdum tenere opi. suam. nam si vas. delinquente feudum revertetur ad dominum dominus beneficiaretur cum alteri dono. s. agnatorum ipsius vasalli qui spem habent reversionis s. l. ij. s. merito. 7. s. si quis a principe. ff. ne quid in loco pub. s. l. nec auns. C. de emaci. liber. 7. l. nam hoc a nam. ff. de condi. inde. s. domino delinquente huius feudum pertineat ad vas. non beneficiat vas. cum alterius

